

Uladislai regis super donatione ville Syedliszce
Mathie Smok de Steporony ad tempora
vite eiusque in centum marcus inscripto.



57

Uladislaus Dei gratia rex Poloniae, Lithuanicę
princeps supremus et heres Russie & Siqui-
ficamus tenore presentium, quibus expedit
universis. Quomodo consideratis fidelibus ser-
vitiis, que vobis nobilis Mathias alias Smok
de Steporony, fidelis noster dilectus exhibu-
it, et in futurum aucto fidelitatis studio
prestantius exhibere poterit. Horum inter-
itu volentes ipsum specialis gratie nostre
prerogativa provenire, et ad obsequia nostra
continuo reddere promptiorem, sibi villam no-
stram Syedliszce in terra Melnicensi sitam
cum omnibus et singulis ipsius utilitati-
bus, proventus, censibus, agris, pratis,
campis, sylvis, borris, mericiis, rubetis, molli-
ficiis, piscinis, lacubus, fluviiis, aquis, et ea-
rum decursibus, molendinis, et ipsorum omo-
numentis, et generaliter cum omnibus ipsius
attinentiis et pertinentiis ad predictam vil-
lam ab antiquo spectantibus damus dona-

donamus, et tenore presentium ad tempora
vite ipsius inscribimus habendam, tenen-
dam, pacificè et quietè ad tempora vite
ipsius ut prefatum possidendam. Posteaque
dominus predictus Mathias Smok extre-
mum diem vite sue clausit, extunc per
solutis proximioribus predicti Mathie, per
nos seu successores nostros centum marcas com-
muni monetae quas ipsis tenores presen-
tium mediante in eadem villa Syedlitzæ
inscribimus, possessio predicta villa Sye-
dlitzæ ad nos seu successores nostros re-
verti et redire debet pleno iure. Insuper
eidem Mathie Smok ripam nostram
circa fluvium Golya preparandis pisci-
nis ex opposito ripæ ipsius eiusdem flu-
vii damus et donamus, et presentibus inscri-
bimus, iuribus tamen nostris regalibus in om-
nibus semper salvis: harum, quibus sigil-
lum nostrum presentibus est appensum. Da-
tum in Stupra feria tertiâ proximâ post fe-
stum sancti Stanislai gloriosi Martyris anno Do-
mini millesimo quadringentesimo tricesimo secundo.

Relato vobis Vladislai decretor doctoris decani Gae; Sed. Ap.
proconsul. Regni Pol. vicecancell.

Pa Kopia wypisana z oryginalnego parganu: 1785. D. 12. Maii
od ktorego oderwana jest pieczęć.